

DE SUCCINO

lacum Cephisida, quem Mauri vocant electrum. In Prussia verò, in littore Pucici sinus, nò longè à cœnobio, quod appellant Oliuam, effoditur, vbi arenarum cuniculi, quibus obrutum fuerat succinum, diducuntur, vertuntur, ac succinum eximitur: interdum remotiùs à littore eruitur. Et tunc fossores satis amplas fossas agunt, quadrangulares plerunq; non tamen multum profundas. In fundum fossæ palos aliquot acuminatos, magno conatu demittunt, atq; hinc & illinc palos manibus ducunt fortiterq; commouent, vt hoc modo fundum fouearum & fossarum pertundant, ac satis ampla foramina relinquunt. Id vbi sæpius factitarunt, palos extrahunt: subsequitur & scaturit statim aqua, qua cum simul etiam Succinum, si quod latebat ac rectum erat, eruatur. Tum reticulis fossam totam aqua impletam explorant, & Succinum extrahunt.

Inuenitur etiam in lacu quodam remotis-